Fragmentarium

Aperiens petrus os suum dixit in veritate comperi quoniam non est personarum acceptor deus sed in omni gente qui timet deum et operatur iustitiam acceptus est illi. Euouae. V. Dñs regn. Ant. Hunc loquente petro cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum et erant loquentes linguis et magnificantes deum tunc petrus iussit eos baptizari in nomine domini ihesu xpisti. Euouae.

Annunciaverunt opa dẽ. P.

In illo tempore: Venit ihesus [red, illegible] in partes cesaree phylippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? Et reliqua.

Lectio sancti [red, illegible] evangelii quam modo fratres audistis. tanto intuentius cogitanda. ac sine oblivione est iugiter retinenda. quanto constat quia magnam nobis fidei perfectionem commendat magnum eiusdem perfecte fidei contra omnia temptamenta robur eque demonstrat. Si enim scire omnes volumus. qualiter modo in xpistum credi oportet. quid lucidius eo quod ait ad eum petrus. tu es xpistus filius dei vivi. R.

Ego pro te rogavi petre ut non deficiat fides tua et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. V. Caro et sanguis non revelavit tibi sed pater meus qui est in celis.

Rursus [red, illegible] Et tu aliquando.

Si audire delectat quantum hec fides valeat. quod apertius eo quod ait dominus de ecclesia quam sup

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2318, 75v – Breviarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-x3v1/3489/36275)